



**Regula Sancti Patris Benedicti**

**Benedikt <Montecassino, Abt, Heiliger>**

**Moguntiae, 1604**

VI. De modo scribendi Capitulo Generali.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-64533](#)

& verior informatio de relatis capitulo.

4. Quod si ipsi Conuentuales aliquid ex se ipsis dicere voluerint, eadem scribant in codice suo memoriali, in quo cæterorum Fratrum vota conscripta sunt: ut si opus fuerit possint Diffinitores de omnibus diligenter inquirere & cognoscere.

5. Aliquid præterea ipsi Conuentuales non accipiant in commissis à Fratribus, nisi ea quæ acciderint post visitationem sui Monasterii: nisi ex urgentissima causa ad hoc cogerentur, quam narrare volentes explicabūt, simul declarantes, cur eadem Visitatoribus non fuerint dicta.

6. Curent etiam, vt Prælatus portet taxam sibi congruentem ad Capitulum. Portent insuper & literas de eorum electione fidem facientes, Capitulo Generali portandas.

*De modo scribendi Capitulo Generali.*

C A P. VI.

**O**R DINAMVS, quod si quis Fratum nostrorum, voluerit aliqua intimare Capitulo Generali, scribat ipse, & nō aliud pro eo. Si verò uescit, Connéctualis ab eo rogatus, vel aliud Monachus de licetia sui Prælati. Qui ne teneant diu Diffinitores in pluribus occupatos, clare breuiter & succincte scribant, cū subscriptione sui nominis, exponendo causam

vel

vel causas dicti vel petitionis suæ. Alioquin si præfari literæ carebūt subscriptione non nisi sui, à Diffinitoribus non adhibeatur. Quod si illo vñquam tempore in loco venerint authores talium literarum, ad finem subscriptione missarum, carceri mandentur.

2. Et si qui conuentuali suo aliquid Diffinitoribus referendum imponunt, aut ad se, ad Monasterium pertinens: nihil de causa eisdem Diffinitoribus scribant, vel si scriber maluerint, eidem Conuentuali dicendum, nihil imponant.

3. Caeuant autem Fratres, ne de iis quæ visitationem Monasterii acciderint alio Capitulo scribant, nisi vrgens causa subtiliter. Quod si aliqui, quæ V. litatoribus exponebuerant, qui præsentes omnia cognoverint & opportunè prouidere potuissent, ea ad Capitulum deferre voluerint, grauiter pro modo culpæ puniantur.

4. Sed nec Frater Fratrem sollicitet, aut faciat practicam ut scribat, aut ambasciata mittat.

5. Nullusque Frater etiam, si sit de numero Deputatorum, alterius litteris subscribat, suis subscribi faciat, quo quis quæsito colori præterquam si aliqua de causa bonum Monasterii concernente, Superioris omnes invitandam multiplicatatem literarū, de communī consensu aliquid insinuandum P. bus iudicauerint. Et qui contrafecerit, u-

Alioquin  
ne non  
tutus  
e in loc  
ad Par  
ri man  
d Diff  
ad se  
de ca  
i scrib  
ndam  
:qua  
it alie  
subili  
expone  
gnom  
ea ad  
pro m  
, aut  
ascian  
num  
ribat;  
color  
um M  
nnes  
de co  
m Pa  
rit, tu

in hoc casu, quam immediatè præcedenti, ter  
in pane & aqua in terra in Refectorio ieun-  
net.

6. Ultimò Ordinamus, ne volentes scribere  
Capitulo inordinatis passionibus seducan-  
tur, nec quadam animi facilitate scribant: Sed  
Deum præ oculis habētes, ea quæ fuerint ne-  
cessaria & utilia suggerant Patribus cum o-  
mnihonestate & grauitate.

7. Quod si quid fuerit scriptum in præaudi-  
cium alicuius tertiae personæ, referuentur il-  
læ literæ Visitatoribus dandæ: qui diligerent  
tempore visitationum de coniectis in illis in-  
quirent, & qui illas scriperint stent ad pœ-  
nam talionis: & si fuerint in dignitate consti-  
tuti insuper deponantur, si quidem falsa scri-  
psisse fuerint conuicti.

8. Ut autem pax & benevolentia erga Præ-  
latos & Fratres nostros conseruetur: Admo-  
nemus Prælatos, ne tempore Capituli vel vi-  
sitationum querant quis modo, quis cō-  
tra eos scriperit, vel ipsos ac usauerit. Et si  
militer cum ad Monasteria sua peruenient,  
hortentur socios & Fratres ut caueant etiam  
ipſi: nec querant aliquo modo quis vel scri-  
perit vel ambasciatam miserit sed potius  
dissimulent se nescire, nec mo-  
lestè ferre.